

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XV. De luxuria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ delectationes aliorum sensuum cōsequuntur coniunctionem rei delectabilis secundum solam similitudinem. sed delectationes tactus cōsequuntur coniunctionem rei delectabilis corporalē. & ideo circa delectationes tactus, sicut circa principaliores & maiores ponunt uiria capitalia, & non circa delectationes aliorū sensuum, nisi gustus secundum quod est tactus quidam.

D. 33. **D. 36.** **A**D SECUNDVM dicendum, quod ex ebrietate & sequuntur omnia peccata, non secundum originem causae finalis, sed secundum prohibentis remotionem, in quantum. t. remouet iudicium rationis, per quod homo a peccato cohibetur. unde non sequitur quod gula vel ebrietas sit caput omnium uitiorum, sicut superbia; sed quorundam specialiter quae directe ex gula oriuntur, sicut proprii eius effectus.

AD TERTIVM dicendum, quod pollutionis corporis potest prouenire ex causa animali, pura, ex concupiscentia delectationis apprehensa, & hoc principaliter priuatum ad luxuriam: vel ex causa corporali & intrinseca. s. ex superfluo humore interius abundantia, ex quo stimulatur homo ad corporis pollutionem, & secundū hoc immunditia ponitur filii gula.

AD QVARTVM dicendum, quod superbia est appetere luxurias: sed gula est ut ex ea letitia impetu sequatur propter rationem impeditam, ut dictum est.

QV AESTIO XV.

De Luxuria.

In quatuor articulos diuisa:

¶ Primo enim queritur, Vtrum omnis actus luxuriae sit peccatum.

¶ Secundo, Vtrum omnis actus luxuriae sit peccatum mortale.

¶ Tertio, Vtrum species luxuriae conuenienter distinguantur.

¶ Quarto, Vtrum luxuria sit uitium capitale.

ARTICVLVS I.

Vtrum quilibet luxuriae actus peccatum sit.

VAESTIO est de luxuria, & primo queritur, utrum omnis actus luxuriae sit peccatum. & uidetur quod nō. Fornicatio enim est actus luxuriae: sed ipsa committitur quibusdam, qua non sunt peccata, sed fīm se licita. Dicitur n. A& 15. Vtūm est Spiritus sancto & nobis, nihil ultra imponere oneris vobis q̄ hęc necessaria, vt abstineatis ab immorali simulacru, & sanguine suffocato, & fornicatione: sed nullus cibi eis fīm se est peccatum, fīm il lud 1. Tim. 4. Nihil reijciendum quod cum gratiarū actione percipitur. ergo neq; fornicatio est peccatum: & ita non omnis actus luxuriae est peccatum.

¶ 2 Prat. Cognoscere mulierem est actus naturalis, & ita quantum est de se nō est peccatum, sicut nec videre ipsam, cum utrumque sit actus cuiusdam naturalis potentia: sed videre mulierem non suam nō est peccatum. ergo neque cognoscere non suam.

¶ 3 Prat. Si fornicatio est peccatum, aut hoc est rōne potētia a qua egreditur actus, aut rōne materia, aut rōne finis. sed fornicatio non est peccatum ratione potentia, q̄a potētia a qua egreditur actus, naturalis est: neq; etiam ratione materia, quia materia est figura ad hunc usum a Deo creata, fīm illud Gene,

A 2. Faciamus ei adiutorium simile sibi. potest etiam contingere quod nec ratione finis, pura, si aliquis fornicando intendat generare problem ad cultum Dei nutriendam. ergo videtur quod non omnis fornicatio sit peccatum.

¶ 4 Prat. Secundum Philo, in 15. de Animalibus. Sēmē est superflū aliimenti: fed alia superflua licitum est qualitercumque emittere, & hoc fit absq; p̄tō. ergo v̄f q̄ similiter hoc cōtingit in emissione seminis. Non ergo omnis actus luxuriae est peccatum.

C 1. de genere
tionē anima
lū c. 19. p. 24.
lo a princ.
tom. 2.
¶ 5 Prat. Illud quod est peccatum ex genere, nō licet fieri quocumque bono fine, fīm illud Rom. 3. non est sicut quidā dicunt nos dicere. Faciamus mala ut ueniant bona: sed sicut dicit Comenius. 5. Ethici. ep̄ces, id est, vir virtuous commitit adulterium cum vxore tyranū, ut tyrānū interficiēt liberet patriā. ergo & adulterium non est secundum se peccatum. Multo ergo minus alii fornicationis actus.

¶ 6 Prat. Nullus actus iusti in quantum iustus est, est peccatum: sed fornicatio v̄f esse actus iustitiae. Dicitur enim Gen. 3: 8. quod Iudas dixit de Thamar cū qua fornicatus fuerat, iustior me est, uel iustificata est ex me, sicut Hebraica veritas habet, ut Hieronymus dicit. ergo fornicatio non est peccatum.

¶ 7 Prat. Aug. dicit 7. de ciuitate Dei. q̄ omne uitium est contra naturā; sed fornicatio est cōtra naturam, quia super illud Ro. 1. Nā feminis corū immutauit naturalem v̄sum, dicit Glo. Naturalis v̄sus est, ut uir & mulier Iuno cōcubitus coēat. ergo nō ē p̄tō.

¶ 8 Prat. Nulla peccatum committitur fīm præceptum Dei: sed fornicatio quandoque commissa est secundum præceptū Dei. Dicitur enim Os̄ea 1. Dixit Dominus ad Os̄eā, Vade sine tibi uxore fornicationum, & fac filios fornicationum. ergo fornicatio secundum se non est peccatum.

¶ 9 Prat. Cuilibet uito quod in superabundantia cōsistit, opponitur uirtus in diminutione cōsistit: sed luxuria importat quandam superfluitatē circa concupiscentias delectationum in uenereis. Opposita autē diminutio que est virginitatis, vel perpetua continentis non est peccatum: sed laudabile ali quid. ergo neque luxuria semper est peccatum.

SED CONTRA est, quod dicitur Hebræa 13. Sit ho norabile connubium in omnibus, & thorax immaculatus, fornicatores em & adulteros iudicabit Deus, sed illud pro quo homo subiicitur diuino iudicio est peccatum. ergo fornicatio & adulterium, & omnes huiusmodi actus luxuria sunt peccata.

¶ 10 Prat. Thobiea 4. dicitur, Attende tibi fili mi ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam nūquā patiaris crimen scire: sed actus luxuriae dicuntur q̄ sunt præter legitimā vxoris connubium. ergo omnis luxuriae actus est peccatum.

RESEN. Dicendum, q̄ luxuria est quoddā uitium temperantia oppositum, prout moderatur concupiscentias delectabilium tactus circa uenerea. Sicut gula opponitur temperantiae, in quantum est moderationis concupiscentiarū circa delectabilia tactus in cibis & potibus. unde luxuria quidē principaliter importat inordinationē quandā, circa concupiscentias delectationum in uenereis fīm superabundantian, huiusmodi autē inordinationē potest esse uel in solis interioribus passionibus, uel etiā ulterius in ipso exteriori actu, qui est inordinatus secundū se ipsum, & non solum propter inordinatum concupiscentiam a qua procedit: Ad inordinatum enim concupiscentiam pertinet, ut propter concupiscentiam

Quæst. dil. S. Tho. Y 3

QVÆS. XV. DE LVXVR IA, ART. I.

tiam delectabilis aliquis a clum exerceat, qui secundū
se est inordinatus: sicut patet circa concupiscentias
pecuniarum, potest enim esse inordinata concupi-
scientia acquirendi, vel retinendi pecunias suas sibi
debitas, & tunc talis acquisitione vel retentio pecunie
non est vitiosa secundum se, sed solum secundum
quod ex immoderata concupiscentia prouenit.
quandoque uero ex inordinata concupiscentia pe-
cuniarum prouenit, q̄ homo etiam uelit accipere
vel retinere aliam, & tunc ipsa acceptio vel retentio
secundum se inordinata est, & non solum secundū
q̄ ex inordinata concupiscentia procedit, & vtrū-
que pertinet ad uitium illiberalitatis, ut patet per
Philo. in 4 Ethi. Similiter etiam dicendum est de
luxuria, quia quandoque quidem importat solam
inordinationem interioris concupiscentiae: sicut
patet in eo qui ex immoderata concupiscentia ac-
cedit ad uxorem suam: tunc enim ipse actus nō est
inordinatus secundum se, sed solum secundum q̄
procedit ex inordinata cōcupiscentia, quādoq; vero
cū inordinatione cōcupiscentia, est etiā inordinatio
ipsius actus exterioris secundū seipsum, sicut con-
tingit in omni usū genitalium membrorum præter
matrimonialem actum, & q̄ omnis talis actus sit inor-
dinatus secundum seipsum, apparet ex hoc q̄ om-
nis actus humanus di esse inordinatus, qui non est
portionatus debito fini: sicut comestio est inordi-
nata si nō portione corporis salubritati, ad quā
ordinatur, sicut ad finē. Finis autē usus genitalium
membrorum est generatio, & educatio proli: & ideo
oī usū prædictorum membrorum, qui non est pro-
portionatus generationi plis, & debita eius educa-
tione, est finē le inordinatus. Quicumque autē actus
prædictorum membrorum est præter commissio-
nē maris & feminæ, manifestum est, q̄ nō est accō-
modus generationi proli: Oī uero cōmissio mar-
is & feminæ præter legē matrimonii est impropor-
tionata debita proli: educationi, est enim lex matri-
monij, iustituta ad excludēti uagos cōcubitus, qui
contrariātur certitudini proli: Si nō quilibet posset
indifferenter ad quamlibet accedere, quæ nō est
sibi determinata, rollaret certitudo plis: & per cō-
sequēs sollicitudo patris circa educationem filiorū.
& hoc est contra id, quod cōuenit humanæ natu-
ræ: quia naturaliter hoīes sunt solliciti de proli: cer-
titudine, & de educatione suorū filiorū. Magis etiē
hoc p̄tinet ad patres, q̄ ad matres: q̄a educatione ad
matres p̄tinet est circa infantilem aitac, postea aut̄
ad patrē p̄tinet educare filium, & instruere eum, &
thesaurizare ei in totā uitā. Sic autē uideamus & in
aliis animalibus, q̄ in quacumque specie animalis
proles nata indiger cōi educatione maris & feminæ,
ubi non est uagos coitus, sed maris ad aliquam
femellā determinate, vt patet in oībus animalibus simul
nidificanribus. Vnde manifestum est, q̄ omnis cō-
missio maris & feminæ præter legē matrimonii ex-
cludēti uagos cōcubitus, est de se inordinata, nō
autē nīc agitur, utrū ista determinatio fiat ad unā
habendā vel ad plures, vel diuisibiliter vel indiuisi-
biliter, hæc n.ad questionē de matrimonio per-
nit, sed qualiter cūque hoc sit, oportet q̄ oī cō-
missio maris & feminæ p̄ter matrimonii legē sit in
ordinata. Sic ergo oī luxuria actus est peccatum, uel
pp inordinationem actus, uel etiā pp inordinationē
soli cōcupiscentia, que inordinatio primo & p
se ad luxuriam pertinet. Dicit. Aug. 13. de ciui. Dei,
quod luxuria non est uitium pulchrorum suauium que

A corporum: sed animæ peruerse amantis corpore
uoluptates neglecta temperantia, qua rebus sum
turpioribus, suauia suauioribusque aptamus.

AD PRIMVM ergo dicēdū, q̄ Apostoli uolens
in primiua eccllesia cōuersos ex gentibus sum
uni cōuenire cū his, q̄ ex Iudeis crāt cōuenient
dimēta huius unionis excluderit, ex virag; pauci
putatēs id, quod alijs onerōsum cē posset, & iō-
libus interdixerunt quē Iudeis erāt molesta, q̄a
hāc cōsideratione an essent peccata uenfici
q̄ scandalum faciebāt. Gentiles enim eximū
oī cibum secundum se illicitum eē ad edē
quod uerum erat: sed Iudei hoc abhorrebat, q̄a
finā legis consuetudinē, & ideo Apostoli gen
interdixerunt pro tpe illo cibos maxime abom
biles Iudeis. E contrario uero Gentiles fallo
mabat fornicationē simplicē nō cē peccatu, q̄a
Iudei vere sicut peccatum abominabātur in
per legem. & ideo hoc etiā Apostoli prohibuit
tanquā peccatum, & cum hoc dissidium gener

AD SECUNDVM dicendum, quō nīl pro
aliquid esse meum ad uidendum, quod tam
est meum ad aliquē alium usum: sicut aurum q
in platea ponitur est meum ad uidendum, non
ad possidendum. Similiter etiam mulier posse
aliciūs ad uidendum uel etiam ad possidendum
eū ancilla: non tanien ad usum concubitus ei
C nisi secundum determinationem legis matrimoniū.

AD TERTIVM dicēdū, q̄ actus luxurie est
rōne potētia, inquit. l. concupiscentia non
natur sub ordine rōnis & rōne materiæ, quod
cōueniens generationi & educationi proli:
lum requirit mulierem pro materia, sed etiā
rem matrimonio determinatā, ut dictum est;
et iō ipsius actus secundum suam naturam
datur, licet ex intentione agentis p̄t cōfiden
tia, qui non sufficit ad excitationem actus
in eo qui furatur intendens elem̄ synnam.

AD QUARTVM dicēdū, q̄ sicut Philo dicit
dem lib. Semen est superfluum quidem actum
nutritiū: sed quo indigetur ad generationē
proli: & ideo omnis uoluntaria emulatio
illicta, nisi secundum cōuenientiam ad in
natura intentum. Alia fieri superflua, ut falso
na, & huiusmodi sunt superflua quibus non
natur. & ideo non refert qualiter cūque erit
in eo qui furatur.

AD QUINTVM dicēdū, q̄ ille Cōmentator
non est fūstindens. pro nulla enim utilitate
aliquis adulterium cōmittere, sicut nec me
dicere debet aliquis propter utilitatem aliquā
August. dicit in lib. contra mendacium.

AD SIXTVM dicendum, q̄ Thamar dicit. ca
iustificata, non propter fornicationem quam
misit: sed quia ex alio genere sibi prolem non
sinit quām ex eo unde sibi uir debebarū.

AD SEPTIMVM dicendum, q̄ actus luxurie
dici contra naturam dupliciter. Vno modo
lute, quia scilicet est contraria naturam omnī
lis. & sic omnis actus luxurie præter communem
maris, & feminæ dicitur esse contraria naturam, q
ut non est proportionatus generationi
quilibet genere animalis sit ex cōmissione
que sexus, & hoc modo loquitur Glos. Alio
dicitur esse aliquid contra naturam, quia effici
naturam propriam hominis, cuius est ordinatio
nē actum ad debitam educationem, q
omnis fornicatio est contra naturam.

L. 4. c. 1. non
remote a fi-
re tom. 3.

L. 13. ca. 28.
circa mediū
tom. 3.

Ad OCTAVVM dicendum, quod sicut propter pceptum Dei in cuius potestate sunt omnia, id, quod sicut fuit furtum, sicut non furtum filii Israel Aegyptios spoliavitibus, ut dicitur Exod. 12. ita & propter auctoritatem ipsius Dei qui est supra legem matrimonii, concubitus ille non est furtum carius qui alias forniciarius fuisse, unde dicitur uxor fornicationis, & fornicationum filii, non quia tunc est fornicatio sed quia alias forniciario fuisse.

Ad NONVM dicendum, quod uirginitas seu perpetua continentia non opponitur luxuria sicut extremum, sed sicut medium, eo quod medium in uirtutibus non accipitur secundum quantitatem; sed secundum rationem rectam in carnali coniunctione abstineret, ut patet in eo qui debitum uxoris reddere contemnit, uel qui abstinet propter aliquam reuerentiam demonum, sicut nigromantici & uirgines uestales.

ARTICVLVS 11.

Vix omnis actus luxuria sit peccatum mortale.

SECOND V quo queritur, utrum ois actus luxuria sit peccatum mortale. & vñ qñ non: quia super illud 1. Tim. 4. Pietas ad oia utilis est, dicit Glos. Ambros. Omnis summa disciplina Christiana in misericordia & pietate est, quam aliquis sequens si lubricum carnis patitur, sine dubio uapulabit, non tamen peribit, sed quicunque peccat mortaliter non solum uapulat: sed perit, ergo non quicunque patitur lubricum carnis per actum luxuria mortaliter peccat.

Prat. Omne peccatum mortale alicui praecerto diuinæ legis contrariatur: sed inter peccata luxuria solum adulterium præcepto legis contrariatur, illi, præcepto. Non mœchaberis, ergo solum adulterium inter actus luxuria est peccatum mortale. Sed dicendum, quod in prohibitione mœchiae, id est, adulterii intelligitur prohibitus omnis illiciti concubitus.

Prat. Sed contra, in prohibitione maioris peccati, non intelligitur prohibitio minoris peccati: sed adulterium est maius peccatum quam simplex fornicatio, ergo in prohibitione adulterij non intelligitur prohibitio simplicis fornicationis.

Prat. Oe peccatum mortale contrariatur charitati, p. quam est aia vita, fm illud 1. Ioā. 3. Träslati sumus de morte ad uitam, qñ diligimus fratres: sed simplex fornicatio non contrariat neq; dilectioni Dei, qñ est peccatum in Deo, neq; ēr dilectioni proximi: qñ proximo nō facit iniuriā. Mulier, n. sui iuris existens qñ in actuū simplicis fornicationis cōsenserit, iniuriam non patitur: qñ nullus patitur iniusti uolens, ut Philos. dicit in 5. Ethicor. ergo fornicatio secundum suum genus non est peccatum mortale.

Prat. Id dicit in lib. de Sūmo bono, qñ si delectatio fornicationis plus delectat hoīem qñ amor castitatis, adhuc peccatum regnat in hoīe. Ex quo vñ, qñ fornicatio simili posuit ēē in hoīe cum virtute castitatis: sed nullū peccatum mortale pōr ēē simul ī hoīe cum virtute, ergo fornicatio nō est pōtū mortale.

Prat. Peccatum aliquod dupliciter minorat, uno modo, pp infirmitatē hoīis alio modo, pp magnitudine impugnations: sed homo patitur maiorē debilitatem circa peccatum luxuria qñ circa peccatum gula, qñ generatio, ad quā pertinet peccatum luxuria, nō solē est corrupta sicut nutritiua ad quam pertinet peccatum gula: sed etiam est infecta. Similiter etiam major est impugnatio ex parte hostis circa luxuriam qñ circa gulam: quia præcipue diabolus

Aimpugnat hominē de luxuria: ut patet per illud qđ dicitur Iob 14. Virtus est in lumbis eius, & potestas eius in umbilico ventris illius, quod Gregorius refert ad peccatum luxuria ergo uidetur, quod peccatum luxuria sit minus, quam peccatum gula, ut supra dictum est, ergo non omnis actus luxuria est peccatum mortale.

Prat. Corruptione naturæ humanæ cōsistit in rebellione carnis ad spiritū: sed hæc rebellio cōsecuta est ex peccato gula. Dicit enim Bernardus exponens id, quod habetur Genes. 3. Vidit mulier lignū, &c. qñ ab inordinata concupiscentia ligni uetiū subducita est rebellione carnis ad spiritū, ergo uis nutritiua ad quā pertinet talis concupiscentia, est magis corrupra quam uis generativa, & sic cum non omnis actus gula sit peccatum mortale, uidetur quod mul to minus omnis actus luxuria.

Prat. Peccata respōder culpæ: sed maior pena consecuta est uim nutritiua ex peccato primi parentis, quam aliquā aliam vim animæ. Ad nutritiua enī prius exerit esurie & siti, & alia huiusmodi quæ interdum ducunt hominem usque ad mortem, ergo est maior culpa circa nutritiua quam circa generatiua, & sic idem quod prius.

Prat. Peccatum mortale esse non potest, nisi in ratione, ut per Aug. 12. de Trin. sed quandoque actus luxuria exercetur sine deliberatione rationis, sicut patet de Loth, qui ignorarer ad filias suas accessit, vt habetur Gene. 17, ergo uidetur quod actus luxuria non semper sit peccatum mortale.

Prat. Quā ratio absorbetur, nō imputatur aliqd homini ad peccatum mortale: sed in actu luxuria tota ratio absorbetur quia, 1. Corint. 6. super illud, Qui fornicatur in corpus suū peccat, dicit Glos. hic proprie seruit anima corpori intantū, ut nihil aliud in ipso momento & experimento tā magni flagiti cogitare hoī licet aut intendere, quia mentem capiā subdit ipsa submersio & absorptio libidinis, ergo ut qñ actus luxuria nō sit peccatum mortale.

Prat. Deute. 23. super illud, Non erit meretrix, &c. dicit Glos. Ad eas prohibet accedere quartu est uenialis turpitudine, ergo accedere ad meretricē est peccatum ueniale.

Prat. Committio maris & feminæ ordinata est ad actuū generationis & educationis plis: sed qñque ex fornicario cōcubitu potest sequi conuenienter generatio & educatio ploris, ergo non omnis fornicarius concubitus est peccatum mortale.

Prat. Magis impedit bonū generationis, & educationis plis, qui nunquā operi generationis intendit, qñ qui ad mulierē accedit fornicario concubitu. Si ergo fornicarius cōcubitus est peccatum mortale, p. impedimentum educationis ploris, multo magis seruare continentia est peccatum mortale: cum per hoc totaliter generatio ploris impediā.

Prat. Manifestum est, qñ ex concubitu mulieris qñ est sterilis uel uetula, generatio ploris sequi nō potest: sed tamē hoc quādoque fieri potest sine peccato mortali in statu matrimonii, ergo etiā ab actus luxuria ex quibus nō sequitur generatio & debita educatione ploris, possunt ēē absq; peccato mortali.

Prat. Mat. 5. dicitur, qñ anima fuerit titillata cōcupiscentia, & si sit peccatum, non tamen est crimen: sed talis titillatio est actus luxuria, ergo actus luxuria non est crimen, siue peccatum mortale.

Prat. Delectatio fornicationis put est in cogitatione sola, nō est pōtū mortale: sed cōsensus in ve-

Quasi dicit S. Tho. Y 4 male

Lib. 33. mag
ral cap. 11. n.
pouls 6. cap.

Li. 13. ca. 12.
tom. 3.

Glos. interell.
nearis ibi
adiuuata &
ordinanda
u. er illud
omne pecca
tum extra
corpus.

Glos. ordi
naria ibi ex
August.

QVÆS. XV. DE LVXVRIA, ART. II.

niale peccati, nō est mortale peccatum. ergo neq; et consensu rōnis in talem delectationē est peccatum mortale. & tamen est actus luxuriae. ergo nō omnis actus luxuriae est peccatum mortale.

¶ 17 Præt. Illud quod non est peccatum mortale vni, non est peccatum mortale alteri: sed consensu in delectatione non est peccatum mortale viro habenti uxorem, quia nec etiā ipse actus est ei peccatum mortale, ergo neque aliis consensis in delectatione luxuriae est peccatum mortale.

¶ 18 Præt. Actus etiā luxuriae sunt tactus, amplexus, & oscula: sed hmoi nō videbit esse peccata mortalia. Cū. n. ad Ephe. 5. Apo. dixit. Fornicatio & immunitia, & avaritia, aut turpitudine (q. i. cōsistit in amplexibus & osculis, ut stultiloquium, aut scurrilitas, nec nos sit in uobis, postea subiecit Ois fornicator, aut immunitus, aut avarus nō habet hereditatem in regno Christi & Dei. p̄termissa turpitudine & stultiloquio & scurrilitate. ergo uñ q. hmoi non sint peccata mortalia excludentia a regno Dei.

SED CONTRA est. q. Apost. dicit ad Gal. 5. manifesta sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunitia, impudicitia, luxuria, & postea subdit. Qui talia agunt, regnum Dei nō possidebūt: sed nihil excludit a regno Dei, nisi peccatum mortale. ergo omnis actus luxuriae est peccatum mortale.

¶ 2 Præt. Mat. 5. dī. Qui uiderit mulierem ad concupiscedūm eam, iam mœchatus est ea in corde suo, & ita peccat mortaliter: sed inter oēs actus luxuriae primum & minimū est, ipsam uidere mulierē. ergo multo magis oēs alii actus sunt peccata mortalia.

RESPON. Dicendū, q. sicut supra dictū est, actus luxuriae potest esse inordinatus duplicitate, uno modo, pp solam inordinationem concupiscentia: alio modo etiam propter inordinationem ipsius actus, quādo ergo est peccatum luxuriae propter solā inordinationē concupiscentia, sicut cū aliquis libidinose accedit ad suam uxorem, tunc est distinguendū: quia quandoque est talis inordinationis, quae excludit ordinē finis ultimi, pura, cū aliquis intantum cōcupiscentia delectationem ueneream, q. ab ea non abstineret propter præceptum Dei, & q. illam mulierē cognoscere uellet, uel etiā alia præter matrimonii legē: & sic est peccatum mortale, quia concupiscentia non restringatur intra limites matrimonii. Aliando vero inordinatio cōcupiscentia nō tollit ordinē ultimi finis, qn. Saliquis & si superabundet in concupiscentia delectationis uenerear, tū prius ab ea abstineret quam contra Dei præceptū ageret, nec ista mulierē aut alia cognoscet si sua uxor nō est. q. tūc cōcupiscentia sicut infra limites matrimonii, & est peccatum ueniale, sicut & supra de gula distinximus. Si uero si actus luxuriae peccatum pp ipsam inordinationē actus, quia, s. actus nō est proportionatus generationi & educationi prolixi, sic dico q. semper est peccatum mortale. Videmus. n. q. peccatum mortale est non solum homicidium, p. quod uita hois tollitur, sed etiā furtum, per quod subrahantur exteriora bona, quae ad uitā hominis susst. tandā ordinantur. unde dī Eccles. 3. Panis egenitū uita pauperis: qui defraudat illum, homo sanguinis est, propinquus autem ordinatus ad uitā hominis semen humanum, in quo est homo in potentia, q. quecumque res exteriores. unde & Phil. in sua Politica dicit, in semine hois esse quiddā diuinum in quantum. Sest homo in potentia, & ideo inordinatio circa emissionē seminis est circa uitā hominis.

Q. p̄ced.
art. 3.

L. 2. de generat. animalium cap. 3. non remo se. 2. li. 10. 4.

F in potentia propinqua, vnde manifestum est, q. n. talis actus luxuriae est peccatum mortale in genere. & q. appetitus interior accipit bonum vel malitiam ex eo quod appetitur, inde etiā q. appetitus, huiusmodi actus inordinatus est peccatum mortale, si sit complenus, scilicet cum ratione.

AD PRIMVM ergo dicendū, q. Ambro. dicitur de lubrico carnis fm. q. est ueniale peccatum patet in actu matrimoniali, sicut dictū est, uenit & melius, q. loquitur & de lubrico peccato talis, non est aut simpliciter intelligendum, q. in tali lubrico carnis perueretur uig; ad mortificationē euadat pp opera pietatis: sed q. operatatis frequentata disponunt hominē ad faciliū nitendum, & postquam penitentia ad peccata terita faciliū expiāda, propter quod etiā Dom. Matt. 2. 15. per opera misericordia dominandi & defectum misericordiæ imputat: quia scilicet studierunt per opera misericordia peccata perire expiare, ut dicit August. 12. de ciuit. Dei.

AD SECUNDVM dicendum, quod per illud probatum, Non mœchaberis, intelligitur prohibitus illicitus usus genitalium membrorum, q. genere suo est peccatum mortale.

AD TERTIUM dicendū, q. præcepta decalogi immediate a Deo populo tradita, unde fm. mā traduntur, p. tū sunt manifesta naturaliter iuslibet hois ēt popularis, quilibet autē statim i naturali aduertere potest adulterium esse peccatum, id est præcepta decalogi prohibetur adulterio. Fornicatio uero & alie corruptiōe prohibentur sequentia legis præcepta, quia a Deo traditū puto per Moylen: quia scilicet horum inordinatum non manifeste continet inuidiam potest est omnibus manifesta: sed solum sapientem quos debet ad aliorum notitiam derit.

AD QUARTVM dicendū, q. oēs corruptiōe, q. sunt præter legitimū matrimonii, peccata in proximū, in quantum sunt communis, plis generandæ & educandæ, sicut alia.

AD QUINTVM dicendū, q. amor castitatis lectare nō solum eumq. castitatem habet, sed q. uirtute castitatis caret, inquantu per rōtūlē homo iudicat bonū uirtutis, & diligē & dilectatur in eo etiam si uirtutem nominat.

AD SIXTVM dicendum, q. illa ratio pro quantitate peccati, que atēdūt fm. circum cui præponderat quantitas peccati, que am fm speciem actus. unde patet q. quantum quis inducatur ad faciendum homicidium, est peccatum, q. si dicat uerbū otiosum, nō impulsum. Similiter etiam & si homo magneretur ad actum luxuriae q. ad actum gula, nō sit debilior: quia tamen actus luxuriae efficiat tale peccatum, quia haberet materiam inordinate repugnantem, quod actus gula non habet, nō sequitur q. peccatum luxuriae sit minus quam gula. Sequeretur autem forte in alio quando actus luxuriae est ueniale peccatum, quis uitur superflue cibo suo, uenialiter potest q. superflue uitur sua uxore, nisi alia faciat utrōbique peccatum mortale. Si quis cibo furtivo utatur, uel prohibito per legem mortaliter, minus tamē q. fornicator, quoniam uel quelibet res exterior a remotione levitatis hominis, quād semper humanum, sicut alia.

AD SEPTIMVM dicendū, q̄ in peccato primi parentis gula fuit materiale: sed formale fuit principale peccatum superbia, quo homo noluit sub regula divini præcepti conineri. & ex hoc sublecta est rebellio carnis ad spiritum, vt Aug. dicit 14 de cœl. Dei, non autem ex virtute gulae.

AD OCTAVVM dicendū, q̄ rebellio carnis ad spiritum, quæ maxime sentitur in genitalibus mēbris, maior poena est quam elūres & sitis: quia ista est pure corporalis, illa est spiritualis.

AD NONVM dicendū, q̄ cū ad rōnem pertineat consentire ad actū, sicut Aug. dicit 12. de Trini. nō potest esse alius fornicationis absq; rationis delibera-
tū, nisi forte in eo quā vīsum rōnīs nō h̄er. & tūc si hoc impedimentum proueniat ex cauā illicita,
non omnino ex-eusatur a peccato, sicut pater de Lorth qui ex ebrietate commisit incestū, nisi forte ebrietas illa contigerit absq; peccato illius: sicut & in Noe accidit propter inexperienciam fortitudinis vīni. Si autē cauā huiusmodi, defectus sit absq;
culpa, si actus sequens luxuria uel cuiuscunq; pec-
catu, non imputatur ad peccatum, sicut patet in fū-
tōris & amentibus.

AD XI. dicendū, q̄ in ipso actu luxurie ratio deli-
berare non potest: sed potuit ante deliberare cū con-
senſiū in actu, & ideo imputatur ei ad peccatum.

AD XII. dicendū, pl̄iter illa corrupta est. Nō
enim debet dici quorū venialis est turpitudo: sed
quorum turpitudo est venialis.

AD XIII. dicendū, q̄ actus generationis ordi-
natū ad bonū speciei, quod est bonum cōmūne. Bonū autem cōmūne est ordinabile lege; sed do-
num priuatum subiicit ordinationi vñ uel uisq; & ideo quāmūs in actu nutritiū virtutis, quæ ordi-
natū ad conseruationē individui, vñusquaque pos-
sit sibi determinare cibam cōuenientē sibi. tamē
determinare qualis debeat esse generationis actus
nō pertinet ad vnum p̄iemq; sed ad legis latore, cu-
iū est ordinare propagationē filiorū, ut Pail. dicit in 2. Post-lex autem non cōsiderat quid in ali-
quo cauā accidere possit: sed quid convenienter D
se confundat. & ideo licet in aliquo cauā possit sal-
uari intentio naturae in actu fornicario quāmū ad
generationē prolis & educationis: nihilominus a-
ctus est secundū seordinatus, & peccatum mortale.

AD XIV. dicendū, q̄ in statu in quo erat uacuū
multiplicationi humani generis non era abscis: uir-
tuo, q̄ aliquid ab actu generationis ablinaret, tam
secundū legem humanā q̄ secundū legem di-
uinā: sed p̄ gratiā debet iosticere magis ad spiri-
tualem propagationē, ad quam magis ap̄i sunt
cēlibem vitam agentes. & ideo in hoc statu virtus
hus reputabitur ab actu generationis ablinere.

AD XV. dicendū, q̄ id illa procedit de actu luxurie,
in quo est uitū pp̄ solam inordinationē cōcupi-
scientie: q̄ tñ non excludit ordinem ultimi finis.

AD XVI. dicendū, q̄ cōfensus in id, qd est veniale
in genere suo, non est peccatum mortale. Delectatio
autē fornicationis cogitatio est peccatum mortale
ex ḡne suo, sicut & ipta fornicatio. sed q̄ sit uenia-

A le, hoc est per accidens, propter imperfectionem actus deficiente deliberatione rationis, qua adueniente per confusum deliberatum reddit ad natu-
ram sui generis, vt sit peccatum mortale.

AD XVII. dicendum, quòd sicut Phil. dicit in 10.
Eth. delectationes in honestate & malitia cōsequuntur
operations delectabiles. & ideo sicut carnalis
commisio nō est peccatum mortale coniugato,
est autem peccatum mortale non coniugato: simili
is etiam differentia est de delectatione & de con-
sentī in delectationem. Non enim potest esse gra-
uius peccarum consensus in delectationem, quāns
consensus in actu, vt patet per Aug. 12. de Trinitate.

B **AD XVIII. dicendum,** quod tactus, amplexus, &
oscula in quantum ordinantur ad actū fornicatio-
nis, consequuntur consensum: in quantum autem or-
dinantur ad solam delectationem, consequuntur
consensum in delectatione, qui est peccatum mor-
tale. & ideo utroque modo sunt peccata mortalia,
quia cum huiusmodi non sint secundū speciem
suum peccata mortalia, sicut fornicatio & adulterium:
sed solū secundū q̄ ordinantur ad aliud,
id est, ad consensū prædictōs, ideo Aposto. non
reiterauit de turpitudine & scurrilitate & stultilo-
quio: sed solū de illis qua sunt secundū se pec-
cata mortalia.

ARTICVLVS III.

Quot & quæ sint luxurie species.

T ERTIO queritur de speciebus luxurie, quæ
sunt fornicatio, adulterium, incestus, stuprū,
rapto, & vitium contra naturam. & videtur q̄ in
conuenienter distinguantur. Diuersitas enim mate-
riæ non diversificat speciem: sed prædicta nō dilit
genauerit nisi secundū materiam, prout si aliquis
polluit, vel conjugatam, vel virginem vel alterius
conditionis mulierem. ergo prædicta non sunt di-
uerſa species luxurie.

¶ : Præt. Luxuria per se cōsistit circa delectationes
venereas, qua sunt in commissione maris & semi-
ne sed quod semina sit cōjugata, uel soluta, uel vir-
go, hoc accidit et. ergo prædicta non differunt nisi
per accidens, & si non sunt diuerſe species, cum
differentia per accidens non diversificet speciem.
¶ 3 Præt. Luxuria per se opponit temperantie:
sed aliqua prædictorum opponuntur iustitiae, præci-
pue adulterium, & stuprū. ergo videtur quod incon-
uenienter ponantur species luxurie.

SED CONTRA est, quod Magister in 4. senten. has
species assignat.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est,
peccatum luxurie dupliciter habet inordinationē.
Uno quidem modo ex parte concupiscentie, & ta-
lis inordinationis non semper facit peccatum mor-
tale modo ex parte ipsius actus, qui de se est inor-
dinatus, & sic semper est peccatum mortale. & ideo
ex hac parte, ex qua est maior gravitas peccati, su-
muntur species prædictæ luxurie. Est autem actus
luxurie inordinatus, aut ex hoc quod nō potest se
qui ex actu generatio prolis, & sic est uitium con-
tra naturam: aut ex eo quod nō potest sequi debi-
ta educatio, quia scilicet mulier non est determinata
uiro, ut sit sua secundū legem matrimonij. &
hoc quidem contingit tripliciter. Primo, quia si nō
potest non est determinata ut sit sua: & sic est for-
nicatio, quæ illi concubitus soluti cum soluta. & di-
citur a fornicie, id est ab arcu triumphali, quia ad hu-
iūmodi spectacula conueniebant mulieres, quæ se
prostutue-

*L. 4. sen. 41.
Art. 1. Et 20.
prædicta.*

*De quibus
in 1. arg.*

QVAEST. XV. DE LVXVRIA, ART. III.

prostituebant. Secundo, quia non est determinabilis, & hoc vel propter propinquitatem, ex qua reuelentia quedam debetur cōtraria tali actui, & sic est incestus, qui est concubitus cum consanguinea vel affini: aut propter aliquam fanētitatē, vel puritatē, & sic est stuprum quē est illicta defloratio virginū. Tertio, quia mulier est alterius, vel secundum legē matrimonij, & sic est adulterium, vel secundum aliquem alium modum, & sic est raptus, puta, cū puer la rapitur de domo patris, cuius curæ subiacet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod predicta sex non differunt solum materialiter: sed etiam habent diuersas rationes deformitatis, & ideo sunt diuersæ species peccati.

Posita in art. gum. 1. AD SECUNDVM dicendum, quod licet predicta accidentia mulieri in quantum est mulier: per se tamē considerantur in muliere secundum quod ad matrimonium ordinatur.

d. 84. AD TERTIVM dicendum, quod quia deformitas iniustitiae ordinatur ad finem intemperantiae: ideo totum ad genus intemperantiae pertinet.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum luxuria sit vitium capitale.

Lib. 31. c. 31. QVARTO queritur, vtrum luxuria sit uitium capitale. Et videtur quod non. Immunditia. ponitur filia gula secundum Greg. 31. Moralitati. sed in antiquis exemplari. vnu uitium capitale non ponitur filia alterius. cum exēpliārī. in nouis ve ro c. 17.

Lib. 2. c. 38. Ephe. 5. videtur, q[uod] luxuria non sit uitium capitale.

¶ 2 Præt. Ibid. dicit in lib. de Summo bono, Qui detinet superbiam labitur in carnis luxuriam. ergo luxuria est filia superbie. non ergo est uitium capitale.

¶ 3 Præt. Desperatio est filia accidie, ut patet p[ro] Greg. 31. Moral. Sed desperatio causat luxuriam, secundū illud Ephe. 4. Qui desperantes seipso, tradiderunt se impudicitate. ergo luxuria non est uitium capitale.

Lib. 31. c. 31. in antiquis exemplari. in nouis ca. 17. SED CONTRA est, quod Greg. 31. Moral. ponit luxuriam inter uitia capitalia.

Lib. 31. c. 31. in antiquis exemplari. in nouis ca. 17. RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, quia delectatio est vna de conditionibus felicitatis, inde est quod uitia, quæ habent delectationem pro objecto, sunt capitalia, ut pote habentes hinc maxime appetibilem, ad quem alia sunt ordinari. delectatio autem veneriorū, quæ est finis luxurie, est maxima inter delectationes corporales: & ideo luxuria debet ponit uitium capitale, & sunt oī filiae eius, videlicet cæcitas mentis, inconsideratio, inconstans, præcipitatio, amor sui, odium Dei, affectus, scilicet præfens saceruli, & desperatio furoris, ut patet per Greg. 31. Moralium. Manifestum est enim, quod quando intentio animæ uehementer applicatur ad actum inferiorum potentiarum, quæ superiores potentias debilitantur & deordinantur in suo actu. & ideo quando in actu luxurie propter uehementiam delectationis tota intentio animæ attrahitur ad inferiores vires, id est ad cōcupiscibilem, & ad sensum tactus, necesse est quod superiores, scilicet ratio & voluntas defectum patiantur. Sunt autem quatuor actus rationis secundum q[uod] dirigit humanos actus, quorum primus est intellectus quidam, quo aliquis recte existimat de fine, qui est sicut principium in operativis, ut Phil. dicit in 2. Phyl. & in quantum hoc impeditur ponitur filia luxurie, cæcitas mentis secundum illud Dan. 13. Species decepit te, & concupiscentia subvertit cor tuum. Secundus actus est consilium de agendis, quod per concupiscentiam tollitur. Dicit enim Terentius in Eunucho,

¶ 4. Lib. 31. c. 31. in antiquis exemplari. in nouis ca. 17. Quæ res in se neque consilium, neque modum, eam consilio regere non potes, & loquaciam libidinoso, & quantu[m] ad hoc ponitur mōsideratio. Tertius actus est iudicium de agendo, & etiam impeditur per luxuriam. Dicitur. Dicte, q[uod] auerterunt sensum suum ut non recordaretur iudiciorum iustorum, & quantu[m] ad hoc ponitur capitulo, dum, si homo inclinatur ad cōscium, cōscientia non expectato iudicio ratiōnis. Quod actus est præceptu[m] de agendo, quod etiam impeditur per luxuriam, in quantum homo non perficit eo quod diuidicavit, sicut etiam Terenus dicit, nūchō. Hec verba, quæ s[ed] diceis, te recelulum ab ea, una falsa lachrymula restringer. & quantum hoc ponitur inconstantia. Ex parte vero intentionis affectus duos sunt consideranda, quorum est appetitus delectationis, in quem fertur voluntas in finem: & quantum ad hoc ponitur antea dum, si inordinate sibi appetit delectationem, & oppositum, odium Dei, in quantum, I. prohibet delectationem concupitam. Aliud vero est appetitus eorum, per quæ consequetur quis hunc finem, quantum ad hoc ponitur affectus præfens, id est omnium eorum, per quæ ad finem interperenit, quæ ad sacerdolum istud pertinent, & positum ponitur desperatio futuri facili, quæ p[ro] nimis affectus carnales delectationes, magis cit[er] spirituales.

H AD PRIMVM ergo dicendum, q[uod] immunditur filia gula secundum q[uod] causat pollutionem ex causa corporali. i. ex abundancia humi non autem ex causa animali, scilicet ex communione, quæ præcipue pertinet ad luxuriam.

AD SECUNDVM dicendum, q[uod] non est exceptionem uitii capitalis, quod ex superbia, & omnia oriuntur.

AD TERTIVM dicendum, q[uod] desperatio in luxurie per accidens, sicut remouens spiritus beatitudinis, præpter quā a luxuria aliquis in origo autem capitalium vitorum non accedit, & secundum cœlas per accidens: sed secundas per se, &c.

I LIB. 31. c. 31. QVAESTITIO XVI.
De demonibus.
In duodecim articulos diuidit.

¶ 1 Primo enim queritur, vtrum demones corpora naturaliter sibi unita.

¶ 2 Secundo, Vtrum demones sint natura voluntate.

¶ 3 Tertio, Vtrum diabolus appetit aquilam diuinam.

¶ 4 Quarto, Vtrum diabolus peccare potuerit in instantia creationis.

¶ 5 Quinto, Vtrum liberum arbitrium in deinceps possit redire ad bonum.

¶ 6 Sexto, Vtrum intellectus demoni sit obiectus, ut in eum cadat error.

¶ 7 Septimo, Vtrum demones cognoscant in omnibus.

¶ 8 Octavo, Vtrum demones cognoscant corpora localiter.

¶ 9 Undecimo, Vtrum possint immutare vim conscientiam sensus.

¶ 10 Duodecimo, Vtrum possint immutare intellectum.